

# LIBER TERTIVS.

Statuto di Ercole II d'Este  
STATUTA PROVISIONES ET ORDINAMENTA MAGNIFICA  
E CIVITATIS FERRARIAE NUPER REFORMATA CUM  
NOVISSIMIS PROVISIONIBUS PRO LITIUM DIUTURNITATIBUS  
AECIDENDIS ANNO DO. M.D.XXXIII  
(Biblioteca Comunale Ariostea di Ferrara, bca E 4.5.45)

¶ Poena portantium arma veti-  
ta per ciuitatem Ferrariae,  
vel burgos, & quae sunt  
arma vetita,  
Rubrica.

**D**Eferentes de die arma vetita ad offensionem tantum, vel ad of-  
fensionem & defensionem simul, per ciuitatem Ferrariae, vel bur-  
gos, mulctati soluant libras decem March. pro quolibet armo-  
rum genere: & arma perdant communi applicanda, nisi iuerint de no-  
stro districtu ad alium districtum, vel de alieno districtu redierint, saluis  
tamen infradicendis sub Rubrica: de licentia portandi arma concessa  
ciuibus: Deferentes vero de die arma ad defensionem tantum; soluunt  
communi libras quinque; pro quolibet armorum genere, nec perdant ar-  
ma: Arma autem ad defensionem sunt haec, videlicet cerueleria, celata, cola-  
rium, paceria, lamma, coratia; coracina, rotella, brachialia, guanti ferrei,  
gaberia, schineria; scarpe ferreae, & his similia: Arma ad offensionem veti-  
ta sunt haec videlicet, cultellus cum puncta longior semisse ultra manu-  
brium, cultellus a ferire, lancea, lanzonus; bordonus, dardus, spatha si-  
ue ensis, fachinus, cathelana; brochaleus, pamesana, arcus cum sagitta-  
tis, balista, aut stamberluna cum sagittis; forchonus & forchetta de fer-  
ro, spontonus, ronchonus, & roncheta ferrea; spetus amplus, &  
etiam spetus a carnibus, manaria cremonensis; falzonus a cauezo;  
clauus amolatus; stochus, & stochetus quadratus, & cuiuscunq;

## STATVTVRVM

maneriti, transferſius, aza, maza ferrea, manareta a becho, manareta ſine becho, baſtonus de ferro, ſeu plombo, plumbinus, ballota ferrea ſiue plombea, ſiue lapidea, ſiue de alio metallo, giauarina, giauarotus, sbirus, media lācea, tabullatius ferratus, ſtilus ſtilletus, pugnaletus, dagheta, alabarda ſchiopetus, arcuſbuſus & his ſimilia: Haſ quidē pœnas pecuniarias tantū duplicamus: Siquis de nocte arma p̄dicta ſine lumine portare fuerit inuentus & captus, vel ſi per duos teſtes idoneos probaretur de portatione armorum. Quia tamē ſclopī lapidei ſunt arma valde nocibilia, Ideo mandamus q̄ nullus audeat eos portare, vel portare facere, ſub pœna vltra p̄dictas pœnas quatuor iētuum funis: Solent autem Principes noſtri ex cauſa; vel ex tempore prout de p̄dictis plura apparent edicta, pœnas p̄dictas ampliare & varie diſponere: Quæ omnia, ſi id fieri contigerit, obſeruari mandamus.

⊕ Pœna portantium arma  
vetita per palatium  
vel plateam.  
Rubrica.

**P**ortantes arma vetita per palatium iuris communis Ferrariæ, vel ſubtus palatium, vel in domo in qua Potestas habitat, vel in concioe, vel in platea & eius confinibus in libris quindecim March. penitus condemnentur, & in armorum amiſſione.

⊕ Pœna ruſtici & forenſis  
portantis arma.  
Rubrica.

**R**uſticos & foreſes omnino arma vetita portare prohibemus, ſiue ad deſenſam; ſiue ad offenſam, niſi ruſticus ille ſit cuſtos terrarum & vinearum, vel camporum, vel aquarum, vel niſi ſit cauarezelanus, vel batifangus, qui tantum pro ſuo officio portent, ſub pœna librarum viginti March. communi applicanda & amiſſionis armorum, niſi irent ad alienum diſtrictum, vel de alieno diſtrictu rediret: Et contra p̄dictos procedatur per Potestatem Ferrariæ tam ex denuntia iuratorum, q̄ ex accusatione, ſeu denunciatione facta per quancunq; perſonam, & alio quocunq; modo.

⊕ Pœna portantium vel tenentium arma in aliqua congregatione.  
Rubrica.